



**Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In
Qvinque Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qva Ivris Canonici Primæ Institutviones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

Axel, Johannes Honorius van

Coloniae Agrippinae, 1656

Decommodate. Titulus XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

ejus qui concessit, etiamsi sit pactum, quod precarium non possit revocari, aut ad certum tempus sit concessum, qualia pacta vitiantur, & non vitiant, quia sunt apposita contra substantiam contractus, qui non potest transire in alium contractum, quia verborum significatio hoc non patitur, ut transeat in formam alterius contractus, l. cum precario ff. hoc tit. Bart. in l. ubi ita donatur ff. de mort. caus. donat. & c. & ibi DD. Secundo finitur morte ejus qui precario rogavit, d. l. cum precario ff. hoc tit. ad heredem ejus, qui precario concessit transit, l. questum §. si à Titio ff. hoc tit. Tertio alienatione ipsius rei facta alicui revocare volenti, quia per conventionem hujusmodi non licet alienam rem invito Domino possidere, c. fin. & ibi Pan. & hoc tit. Superficies variis modis conceditur, frequentius in utile dominium, l. in provinciali §. si ego superficiarius ff. de nov. oper. nunc l. 1. §. 1. & l. fin. ff. de superfic. l. superficiaria ff. de rei vend. l. obligationum 2. §. sic & in traden. ff. de act. & oblig. l. in conventionibus ff. de verb. sign. c. olim 1. de restit. spol. Bald. in auth. hoc jus porrectum à num. 4. usque ad num. 9. C. de sacros. eccles. l. as. in l. si domus §. fin. in not. ff. de leg. 1. interdum ad usum fructum, aliquando ad usum, l. 1. §. si soli vers. quod autem & ibi gloss. ff. de superfic. l. qui tabernas ff. de contrah. empt. & c. Bald. in auth. hoc jus porrectum à num. 4. usque ad num. 9. C. de sacros. eccles. itus Anton. in summ. par. 3. c. 3. §. 1. vers. secundo propter proprietatis exclusionem & §. 4. in princ. & vers. secunda domini divisio l. si tibi homo §. valet legatum & ibi las. sub num. 2. ff. de leg. Item superficies conceditur sub recognitione annua & solutione laudemii in casu alienationis, & interdum ut nihil solvatur, Prepos. in prelud. feud. num. 92. Bald. in rubr. Cod. de jur. emphyt. num. 2. Præterea conceditur superficies liberis hominibus & interdum homi-

nibus propriis & servis. Sylvest. in verb. dominium quest. 9. In Germania frequens est concessio superficies ad usum tantum subditis qui si servi sunt, aut homines proprii & superficies habent pro peculio, Dominus potest ad libitum revocare, si autem subditi sint personæ liberæ & res proprias habeant, tunc Dominus non potest eis auferre superficiem ad usum concessam, Sylvest. in verb. dominium quest. 9. Tab. in verb. dominium quest. 9.

De commodate.

Titulus XV.

SUMMARIA.

- 1 Commodans rem suam sic commodat ut non faciat eam accipientis.
- 2 Videatur §. Item is cui Instit. quib. mod. re contr. obligat.

PRECARIUM commodatum simile est, ideo connectit hunc titulum, nam qui commodat suam rem sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei uti re commodato permittat, l. 1. ff. de precar. l. rei, & l. seq. ff. hoc tit. De commodato vide §. Instit. Imper. Tit. quib. mod. re contrah. oblig. §. item is qui & ibi DD.

De deposito.

Titulus XVI.

SUMMARIA.

- 1 Depositum fit gratia deponendis.
- 2 Videatur §. præterea. instit. quib. mod. re contr. oblig.

T t t t V i s u m